Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. I. Pars I.
Wien, 1793 Seite 431
Quelle:
Copyright:

lus *Emerinch.* Onocrotalus *Warhuon.* Merula *Ammugsel.* Phasianus *Phashown.* Ortigometra *Pirhuon.* Pellicanus *Hosigeme.* Graculus *Ruch.* Fursarius *Dorndrelle.* Fulica *Inuogel.* Hirundo *Swalib.* Tinicula *Wintwechel.* Panthera *Panthel.* Leopardus *Leibhart.* Rinoceros *Engeburne.* Bubalus *Wisent.* Hiena *Heltenze.* Hinnulus *Hinchalp.* Spinga *Merchachz.* Laurus *Lorpowm.* Picea *Vorich.* Pinus *Chvenbowm.* Lentiscus *Melboum.* Juniperus *Chranbistouden.* Alia notiora sunt, alia Latina corrupta, ut *Alienus* pro Haliaeetus *Stochar*, alia Glossatorem minus peritum Rerum naturalium arguunt, ut dum *cycadum Haberschrek* inter Aves locat, et nomina *olwentin*, *elphant* et *helf* inter *Camelum*, *Elephantem* et *Alcem* distribuit, soli Elephanti debita. Indiculum similem dedi pluries. Adi *Indicem.*

CLIV.

Codex membraneus lat. Sec. 333 partim XV. partim XIV. Folior. 26. f. continet I. *Iconismos* seu Schemata coloribus illusa XX. varia Religionis, Morumque Placita memoriae firmandae caussa exhibentia, quales *Arbores* sic dictas *Genealogicas* videmus. Praeit *Index*, qui tamen vitio, ut credibile est, compactoris fallit. Incipit ille: *Figura I. De Opere dei circa creacionem. celi. terre. maris. et omnium que in eis sunt. II. de successione hominum ab adam. presertim hebreorum vsque ad christum. III. de virtutibus quibus homo a vicijs resurgere et deo placere potest* &c. Figuris passim adspersi sunt versiculi. Ita *Arbor virtutum* inscripta est:

Arbor leticie fructus non prebet amaros
Sed manans sacie vehit ad celestia gnaros.

Et *Arbor Sapiencie* subscripta:

Etatis partes septem sapiencia prebet.
Ostendens artes quas prudens querere debet.

Operosae hujus Structurae Τεκτονα quaerenti offert se *Petrus Pictaviensis Petri Lombardi Parisiis* in cathedra Theologica successor et Acad. Cancellarius fato functus an. 1205. de quo *Albericus* in *Chronico* ad *h. a.* edit. *Leibnit. Hannov.* 1698. p. 442. 4. *Pauperibus consulens clericis excogitavit arbores historiarum veteris Testamenti in pellibus depingere, et de vitiis et virtutibus similiter compendiose disponere.* Utrumque Codex noster demonstrat. Nam

II. *fol.* 12. manu Sec. XIV. sequitur: *Opus reuerendi domini Petri Pictauiens. pro intensiori memoria historiarum.* Opus istud pariter

Ar-